

Littere ad Hartgerum Heriot Canonicum Me-
tropolitanae ecclesiae Coloniensis

55

Eximium Dominationis vestrae studium, quod in adipi-
scendo ecclesiae metropolitanae Coloniensis canonicatu seren-
nissimo filio nostro Carolo Ferdinando, electo episcopo Vra-
tislaviensi navavit, tantopere gratum nobis est, ut vicissim
nos quoque per omnes occasiones certari velimus, quan-
tum Dominationis vestrae causa cupiamus, et serenis-
simus filius noster illustrissimi collegii Coloniensis ca-
nonicus factus enitatur, ut dignam si eo loco praestet, ac
de nobilissima illa ecclesia quam optime mereatur, proz
peniamque Dominationis vestrae erga se voluntatem
omni grati animi testificatione referat, ac representet.
Quod reliquum est. etc.

